

3 Dicembre 1101 ind. IX

*In nomine Sancte ed individue Tinitatis*

*Ego Ugo de Claromonte, dedi et obtuli episcopatui sancte Marie Cassani et sassoniepiscopo  
suisque successoribus in perpetuum.*

*Di terra mea di Layno, proredemptione anime roger uxoris sue, et proremissione mea et coniugis  
mee Gumarca, patris et matris, fratrum et sororum, atque omnium parentum meorum, Terram  
Miromanum cum pertinentiis suis et binc incipiunt pertinentiesue: a vado quod usque ad  
Portellam per cavam ubi currit torrens, et a portella ita quomodo vergit usque ad vallem que est  
inter duos montes, ubi est rotunda Petra, et a Petra ferit ad culmen montis ad cinapum, et inde ad  
planum Miromani, et postea pergit per pedem montis usque ad Turlum et ferit sursum usque ad  
Terram Serapobim, et ita ut cadunt aque ad vallem que est supra scala Miromani, et ab ipsa valle  
et ferit usque ad caput Serre Nigelle et a Serra Nigelle ita de una crista nuda vadit usque ad unum  
montem ut apparent esse due Petre et inter illum montem et alterum infra per cavam, que  
descendit per medium nemoris usque ad unum Teronem, et deinde ad alterum, postea ad tertium et  
ab eo ita quomodo descendit usque ad fontem sancti Lucai et a fonte sancti Lucai sicut ascendit  
ad caput proxime Serre et a proxima Serra sicut cadunt aque usque ad predictum vadum unde  
incipiunt esse fines.*

*Hanc donationem feci ego Ugo de Claromonte Deo et sancte Marie ecclesie Cassanensi et domino  
Sassoni episcopo suisque successoribus in perpetuum, ita ut nec ego neque aliquis beres meus inde  
prentionem accipiat subtrahere vel diminuere.*

*Si quis autem banc meam donationem violare presumpserit sciat esse anathematizatum et a  
liminibus sancte matris ecclesie segregatum, nisi resipuerit et ad dignam emendationem venerit,  
hec oblatio et donatio fatta fuit anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo  
centesimo primo, indictione nona, dietertia instantis mensis decembris.*

***Ego Rogerius Dux me subscripsi***

*Ego Ugo de Claromonte hoc totum soprascriptum confirmo*

*Ego Aluto Maloncello testis sum*

*Ego tristanus sum testis*

*Ego Guglielmus Iascuni sum testis*

*Ego Filus Plasto soprascriptum confirmo*

*Ego Rogerius de la Tiano sum testis*

*Ego Ricardo sum testis Ego*

*Guglielmus filius Plasto totum soprascriptum confirmo*